



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 95. Granatensis Archiepiscopi petitio de Residentia ex jure Divino  
declaranda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Sæcul. XVI.A.C. 1562.

"nis Sacramento ageretur, examini sub-  
 "jici, nec in eo ab animi nostri sinceri-  
 "tate recedimus, quandoquidem nun-  
 "quam speraveramus, præteritum de  
 "illa controversia ardorem extinctum  
 "iri, sed unice cavere studebamus, ne ob  
 "novam definitionem super Episcopo-  
 "rum institutione factam, pariter etiam  
 "cogeremur definire præcedentem con-  
 "troveriam, illi adeo adnexam, ut  
 "hæc definiri nequeat, quin etiam ista  
 "decidatur. Ad hæc respondit Lansa-  
 cus, quod parum ipsum angat, an hoc,  
 vel illo jure habeatur residendi necessi-  
 tas, dummodo reperiretur ratio ad eam  
 firmiter observandam, cum certum esset,  
 quod plurima Ecclesiæ incommoda inde  
 dimanarint. Hoc Lansaci responsum  
 Legatis placuit.

### §. XCV.

#### *Granatensis Archiepiscopi petitio de Residentia ex jure Divino declaranda.*

**A**beunte Lansaco, supervenere Archi- *Pall. n. II.*  
 episcopi Granatenis, Bracarenis, *Sarp. p. 588.*  
 Messanenis, & Episcopus Segobiensis,  
 postulantes, qua ex caufsa voces istæ  
*jure Divino* deletæ fuissent ex Decretis  
 a Crescentio Legato, ac Cardinale pro-  
 politis? His addebant, quod ex eo pa-  
 lam

**Sæcul. XV.** iam fieret, eorum esse consilium, in  
A. C. 1562. procul haberetur quævis disputatio de  
 Præsulum residentia, cum tamen hanc  
 quæstionem proponi, sæpius promissum  
 fuisset. Insuper Granatensis Archie-  
 piscopus, qui ceterorum nomine verba  
 faciebat, suorum verborum testem alle-  
 gabat Segobiensem Episcopum, qui tum  
 præsens aderat, ac Synodi Congrega-  
 tionibus sub Julio III. habitis æque, ac  
 Octavianus Präconius Panormitanus  
 Archiepiscopus pariter præsens inter-  
 erat. Hic ergo ita perorabat: „non  
 „permittendum est, ne utrumque  
 „declaretur, nempe, & *Episcopos esse*  
 „*institutos jure divino, & esse jure divino*  
 „*Superiores Presbyteris*, eoquod utrum  
 „que negetur ab hæreticis:,, porro his  
 dictis hic Præful in eo multus fuit, ut  
 argumentis, rationibus, & Sanctorum  
 Patrum auctoritatibus sententiam suam  
 comprobaret, præcipue vero allegabat  
 Epistolam Sancti Cypriani ad Rogatiæ-  
 num, ubi sæpius hic S. Doctor repe-  
 bat, *Diaconos ab Episcopis fieri, tum Epis-  
 copos a Deo:* insuper idem Episcopus  
 adducebat celebre illud S. Cypriani te-  
 stimonium, ex quo habetur, *unum esse*  
*Episcopatum, cuius a singulis in solidum*  
*pars tenetur.* Ex hoc textu colligit,  
 quod Papa Episcopus sit, prout alii,  
 nec non ille, atque isti sint fratres in  
 ter



ter se, ac filio unius Patris, nempe Sæc. XVI.  
Dei, uniusque matris Ecclesiæ: unde A.C. 1562.  
a Pontifice *Fratres* etiam vocantur, adeo  
ut etiam, si Papa institutus sit a Christo,  
ab eodem pariter instituti dicantur Epi-  
scopi, qui illius fratres nominentur, non  
quidem ex urbanitate, & humilitate,  
sed ex eo, quod hæc esset usitata lo-  
quendi methodus, qua summi Ponti-  
fices & Episcopi mutuo inter se agebant,  
priusquam disciplinæ corruptio inva-  
lesceret.

Postea tanquam insolens deridebat  
illorum opinionem, qui asserunt, om-  
nes Apostolos a Christo fuisse institutos  
pares auctoritate, hancque in ipsis  
fuisse personalem, ita, ut ad Successo-  
res non commearet, præterquam a  
Petro solo: porro hic Præsul tales, per-  
inde acsi præsentes essent, percunctaba-  
tur, quo fundamento, qua auctoritate,  
quave ratione in assertionem adeo au-  
dacem prorupissent? cum tamen ea a  
quinquaginta duntaxat abhinc annis in-  
venta, expresse cum Sacra Scriptura  
pugnaret, in qua Christus omnibus  
Apostolis promisit, se cum ipsis futurum  
usque ad consummationem saeculi, cum  
autem id de propriis ipsorum personis  
non intelligatur, de successione omnium  
necessario accipendum, atque ita in-  
tellectum ab omnibus Patribus, &

*Hist. Eccles. Tom. XLV.* E e omni-

Sæcul. XVI  
A.C. 1562.

omnibus Scholasticis, quibus hæc nova opinio e diametro repugnat. Insuper idem Episcopus eo argumento usus est: i Sacramenta a Christo instituta sunt, inde deducere licet, Ministros Sacra-mentorum ab eodem institutos, adeo ut is, qui dicere velit, Hierarchiam esse juris divini, & summum Hierar-  
chiam a Deo institutum, etiam defendere debeat, quod ceteri quoque Hierar-  
chæ eandem habeant institutionem, cum Ecclesiæ Catholicae hæc sit con-  
stans doctrina, Ordines dari per ma-  
num Ministrorum, & potestatem con-  
ferri a Deo: quæ omnia cum vera sint,  
certaque, ab haereticis tamen negata  
plurimis in locis, quos in unum col-  
lectos dicebat ab Episcopo Segoviensi  
ceterum hic Præful inquiebat requiri,  
ut his a Synodo declaratis & definitis,  
contrarii errores damnarentur.

§. XCVI.

*Legatorum responsio ad hunc Archiepi-  
scopum data.*

Pallav. c.12. **L**egati hisce Præfulibus respondebant:  
sum. II.  
„vanus vester est timor, prout  
„rei exitus manifestabit; nos enim om-  
„nem dabimus operam, ut juxta pro-  
„missionem factam quæstio de Residendi  
„jure agitetur.,, Nihilominus Legati  
rationem illis exponere solebant, cur  
hæc

